



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 73. Mors Maphæi Vegii

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

mi lætitia ejusdem exaltationem exce- *Sacnl. XV.*  
pit. Nec minore jubilo Hispaniæ Rex *A.C 1458.*  
Pio Pontificatū gratulatus est. Soli  
autem Galli, Scoti, Dani, Poloni, Hun-  
gari & Cyprii parum contenti videbantur.

§. LXXII.

*Capranicæ Cardinalis Firmani  
obitus.*

Cum celebrarentur exequiæ Callisti  
Papæ, contigit Dominicum Capra-  
nicam Cardinalem ex hac vita decedere.  
Vir erat eruditione, rerum experientia,  
ac morum integritate longe clarissimus,  
qui etiam putabatur Callisto successorus,  
ut nonnulli referunt Historici. Obitum  
eius omnes virtutis amantes plangebant,  
& Gobelinus affirmat, quod integerrimam  
duxerit vitam, qua cunctis, si minus ad  
iram proclivis fuisset, optimum præbe-  
bat exemplum. Posteritati reliquit lu-  
cubrationes nonnullas, nempe *Introductio-*  
*nus de Pontificatu regendo*, tractatum de  
arte bene moriendi, & orationem ad Al-  
phonsum Neapolis Regem, præter alia  
quædam opuscula.

§. LXXIII.

*Mors Maphæi Vegii.*

*Dupin. Bibl.*

*Script. Sæc.*

*XV. p. 45. to.*

Eodem anno Maphæus Vegius, qui Lau-  
dæ Pompæi prope Mediolanum na- *XII. edit.*

*Hist. Eccles. Tom. XXVIII. N n tus Holand.*

Sæcul. XV.tus, sub Martino V. Datarii officio fungo-  
A.C. 1458. batur, mortalitatem exuit. Hic merito  
testa Dupino, inter Scriptores sui ævi,  
qui majore ceteris utilitate ac eloquentia  
calamum suum exercebant, recensem-  
dus venit. Præ reliquis tamen, quos e-  
dedit, libris longe elegantissimus, magis-  
que elaboratus est tractatus *de educatione*  
*puerorum Christiana*, in quo de Patrum  
atque Matrum obligationibus, necnon de  
scientiis, atque virtutibus, quibus pueri  
imbuendi sunt, singulari soliditate agit.  
Totus liber principiis vere Christianis, ac  
singulari sapientia abundat. Alii sex li-  
bri, quos idem Auctor de *perseverantia*  
*Religionis ad Sorores* scripsit, valde soli-  
dam complectuntur pietatem, ac summe  
utilia exhibent præcepta, quæ magnum  
in virtutibus profectum, necnon pietatis  
ac religionis studium accendere, atque  
conservare valent. Nec minori solidita-  
te differit de quatuor novissimis, quod ar-  
gumentum summa sermonis efficacia ex-  
planat. Dialogum vero *de veritate in e-*  
*xilium pulsa* ludentis ipsius ingenii par-  
tum, seu artificiosam fabulam esse repu-  
tamus. Præterea duodecimum Ænæi-  
des librum Virgilii supplevit, aliaque  
Poemata, atque orationes ad posteros  
transmisit.

§. LXXIV.